



## PRÆFATI O AD LECTOREM BENEVOLVM.

Vdicio tuo submitto libellum, quo , de Dioceſet Hierarchia Fuldenſi nuper edita quid ſentiam, expoſui. Tuum erit edicere, an operæ pretium fecerim. Constitueram primum Schediasmati levidenſine no- men quidem meum præfigere ; unde, ut eo melius laterem, Cap. XIX. me ipsum in testimonium allegavi. Sed cum intelligerem, alios etiam in arenam descendiffe, et in paradoxa Schannatiana ſtylum strinxiffe, conſilium abjeci, et, quis eſsem, ingenuo professus ſum, ne ab exteris aliena fortassis laureola donarer. Cl. Schannati ſedulitatem in detegendis vetuſtis monu- mentis laudo. In Diplomatum vero genuinorum et falſorum diſcretione ipſum cespitaffe, non miror. Integrum hæc ſtudia ex- poſcunt hominem, notitiam plurium Archivorum et appara- tum librorum, quibus eum caruiffe ſcio. Ardor etiam Principi- bus et patronis ſuis strenue inſerviendi nonnunquam vel acutiffi- mis oculis nubeculas objicit, ut putent ſe cernere, quæ ne vident quidem. Humana hæc ſunt. Mihi in rebus hujus generis qualis- cunque plurium annorum experientia et animus amore et odio procul eſt. Dico ſincere, quid mihi, ſecundum regulas ad diju- dicanda Diplomata, communi doctorum virorum consenſu, receptas aut certe recipiendas, de Chartis et Bullis Schannatianis videatur. In medium affero, quæ de rebus Fuldenib⁹ autho- res coævi et monumenta fide digna me docuerunt. Nec ægre feram, ſi ea, qua egi, moideſtia et ſolidis argumentis contra- rium